3

erit · quomodo eas instruere & do
cere potuerint? Eia sacerdotis
nomen uix in eis constabit quia ualde
periculose s(ecundum) euuangelicae minae
quib(us) dicitur · Si caecus caeco ducatum
praestet ambo in foueam cadunt · Quod
si est aliquis inuidulus · qui postquam
istud uiderit · mihi inuiderit ·
dicens me ex alienis aurib(us) collige
re escas · & ex aliorum labore mihi
facere nomen inane? Esto · fateor
quia mihi soli canones facere non li
cet · colligere licitum est · quod & feci ·
deus nouit non per arrogantiam quandam ·
sed pro instantie ecclesie necessitudine · Itaque
obstruatur detrahentis murmur ·
liber qualiscumque sit · in nostro sit · non
rogo ut episcopi limen transeat · sed nostris
addiscendus remaneat · Quomodo
autem et unde illum colligerem · uolo ut
audias · & si est peccatum illum · tuo
iudicio relinquo diiudicandum ·
Nihil addidi de meo · nisi laborem ·
sed ex diuinis testimoniis ea que
meo inueneris · magno sudore
collegi · & ut essent que comport
tauerat elaboraui · Ex ipso enim nu
cleo canonum · quod a quibusdam corpus
canonum uocatur · quaeque nostro tem
pori necessaria excerpsi · Ex ca
none apostolorum quaedam · Ex transmari
nis conciliis quaedam · Ex germanicis
& gallicis & hispanis quaedam ·
Ex decretis romanorum pontificum
quaedam · Ex doctrina ipsius ueritatis
quaedam · Ex ueteri testamento
quaedam · Ex apostolis quaedam · Ex dictis
sancti gregorii quaedam · Ex dictis sancti
ieronimi quaedam · Ex dictis au
gustini quaedam · Ex dictis sancti am
brosii quaedam · Ex dictis sancti bene
dicti quaedam · Ex dictis sancti ysidori
quaedam · Ex dictis sancti basilii quaedam ·
Ex penitentiali romano quaedam ·
Ex penitentiali theodori quaedam ·
Ex penitentiali bedae quaedam ·
Ad hec in collectario hoc · si quid
utilitatis inueneris · dei donis as
scribe · si autem quod superfluitatis ·
meae inscitiae deputa · bene
ualeas & in sacris orationibus tuis
mei peccatoris memoriam deprecor
ut habeas;

INCIPIUNT · CAPI
TULA · PRIMI ·
LIBRI ·;

© Universitätsbibliothek Freiburg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/ubfr_hs7/0011